

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De victore Idumaeorum Es. 63, 1 - 6

**Abicht, Johann Georg
Pfaffreuter, Christoph Heinrich**

Leipzig, 1712

VD18 14793431-ddd

§. XIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130619](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130619)

perarent; more enim humano loquitur. Vulg: non erat qui adjuvaret LXX. *εγὼ ἰδοὺς αὐτὸν λαμβάνωτο, & nullus suscepit me vel præbebat auxilium. Uterque sensum, neglectis verbis, expressit.* §. XIV.

In v. 6. continetur Epiphonema a Victore antecedenti Orationi additum **כַּעֲשֵׂי עַמִּים רַבִּים וְרַבִּים** quæ reddimus juxta observationem supra datam, *nam conculcare soleo populos in ira mea & inebriare in aestu meo, eorumque firmitatem vel vires projicere in terram, נַוְּ proprie est pedibus conculcare. LXX. καταπατέω, καταπατέω. Usurpatur de hostibus victis Psal. XLIV, 6. In nomine tuo נַוְּ conculcabitur inimicos nostros. El. XV, 25. eodem sensu Victor noster dicit, וְרַבִּים nam conculcaturus sum in ira mea populos nempe Idololatricos, & qui se Ecclesie mee opponunt, & inebriare soleo eos ira mea וְשָׂכַר וְשָׂכַר proprie est se inebriare Gen. IX, 21. Et bibit de vino וְשָׂכַר & inebriatus est Genes. XLIX, 33. Deinde gestum ebrii denotat, qui vino inundatus, vociferatur, titubat, & in terram procumbit. Tales fore Judæos prædicit Jesaias, cum hostes Hierosolymam obsiderent & expugnarent. Cap. XXIX, 9. וְשָׂכַר ebrii sunt, sed non vino, nutant, & non sicera. Sic quoque Cap. XXVIII, 7. Eodem sensu in nostro loco adhibetur וְשָׂכַר inebriabo eos, ut ebriorum instar currant, titubent, in terram decendant, succumbant. Hoc faciet Victor בְּחַמְתִּי in aestu suo, in calore & fortitudine sua, quia iratus est in eos. וְאֵרֶד & descendere faciam firmitatem, h. e. vires vel sanguinem eorum in terram, quibus verbis etiam supra LXX. v. 2. usi sunt, nisi eadem verba istuc librarii incuria translata.*

§. XV.

Hactenus vocum explicationem pandimus, sequitur ut sensum accuratius per vestigemus, quem ut consequamur I) de Connexione erimus solliciti. Si Cap. LXI. inspicimus, invenimus Deum v. 8. loqui. *Nam ego Dominus di,*
ligo